

stitutionem ad thorum maritus exigit, de illius sevitia exceptionem opponit: in utroque enim casu puella vel mulier apud honesta foemina interim sequestratur & custoditur cap. cum locum 14. de sponsalib. cap. ex transmissa 8. cap. literas 13. §. ult. de Restit. Sponsal.

112 Quæres I. quid faciendum Judici prius, quam sequestrationem decernat?

Resp. pramittendam esse non tantum Citationem partis, in cuius præiudicium vergit sequestratio juxta regulam in n. 4. positam;

113 sed etiam causæ cognitionem, an jus petentis sequestrum sit probabile? an necessitas aliqua vel utilitas, sicut in casibus, hucusque relatis, urgeat? Magnif. P. König ad tit. de sequestrat. possess. n. 12. & seqq. Clariff. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. n. 24. & seqq.

114 Quæres II. possitne aliquis ad rem in sequestrum recipiendam cogi?

Resp. quòd juxta opinionem, quam Card. de Luca de Judic. disc. 13. n. 18. magis receptam asserit, cogi non possit per textum in li. si hominem 7. in pr. ff. Depos. quia nempe sequestrum est species contractus depositi; contractum verò regulariter nemo cogitur intrare arg. l. si quis §. Cod. de O. & A.

Quæres III. quòdnam sit jus vel obligatio ius sequestri?

Resp. idem esse Jus & obligationem, quod vel quæ est depositarii; qua de materia in lib. III. tract. de Pat.

Quæres IV. quomodo possessor sequestrationem rei possesse declinare queat?

Resp. quòd possit declinare, si cautionem idoneam (de qua in cap. ult.) offerat per text. in l. ult. Cod. de Ord. Cognit. Pax Jordan Elmohrat. div. lib. 14. tit. 15. num. 34. Sabell. in summa §. sequestrum n. 15.

§. IV.

Anne Citatio invalida quidpiam operetur?

117 Citatio invalida nihil operatur. Vantius de nullit. proc. tit. 12. n. 22. & seqq. Gail. 1. obs. 58. n. per. & ult. text. in l. ne quis 1. §. 1. ff. de Ver. ubi dicitur, Citationem, ad diem feriatum factam (qualis secundum explanationem, in Tract. 1. de Judic. cap. 5. n. 61. datam, est invalida) non stringere citatum; & si Judex, citato non comparente, sententiam dixerit, eam nullius esse momenti.

Textus ejusdem tenoris sunt in Clem. causam 3. de Elect. ubi Citatio aliter, quam de Jure præscriptum, facta, omni juris effectus carere, dicitur; item in 119 Clem. pastoralis 2. de Sent. & re Judic. Ratio datur: quia, quod nullum est, effectum producit nullum; idemque reputatur, planè non fieri, & fieri illegitimè per cap. ult. de Restit. Sponsal. & l. quoribus 6. ff. Qui satisdare cog.

120 Convalescit tamen invalida Citatio, quando reus, non attentà illius in validitate, nihilo minus in Judicio comparèt d. l. ne quis 1. §. 1. ff. de Ver. Vant. cit. tit. n. 17. Gail. 1. obs. 58. n. 1. & seqq. Felin. in cap. ult. 8. de Prescript. n. 8. Eamque sententiam non tantum praxis Camera recepit, ut docet cit. Gail. sed etiam Rota Romana comprobat, ut constat ex Recensior. p. I. decis. 409. n. 1. p. 2. decis. 42. n. 2. p. 3. decis. 485. n. 4. p. 4. tom. 1. decis. 144. n. 8. & tom. 2. decis. 595. n. 2. p. 5. tom. 1. decis. 406. n. 1.

do reus, non attentà illius in validitate, nihilo minus in Judicio comparèt d. l. ne quis 1. §. 1. ff. de Ver. Vant. cit. tit. n. 17. Gail. 1. obs. 58. n. 1. & seqq. Felin. in cap. ult. 8. de Prescript. n. 8.

Eamque sententiam non tantum praxis Camera recepit, ut docet cit. Gail. sed etiam Rota Romana comprobat, ut constat ex Recensior. p. I. decis. 409. n. 1. p. 2. decis. 42. n. 2. p. 3. decis. 485. n. 4. p. 4. tom. 1. decis. 144. n. 8. & tom. 2. decis. 595. n. 2. p. 5. tom. 1. decis. 406. n. 1.

Ratio est: quia Citationis Rei decretæ finis principalis est comparitio Rei: habitò ergo sine per rei comparitionem, Citatio reconvalescere censetur, acreum obligare non tam ad causam dicendam, quam ad terminum deliberatorium petendum, intra quem se preparare ad causam, sistere apud Judicem, & respondere debeat.

CAPUT III.

De Reconventione.

REUS, in Jus vel Judicium citatus, & comparens, interduo adversùs actorem seu petentem Petitionem mutuum seu Reconventionem instituit, Ad hujus igitur noticiam ponitur

SECTIO I.

De Natura Reconventionis, nec non Personis reconvententibus, & reconventendis.

SUMMARIA.

1. Describitur Reconventio. 2. Est secunda conventio. 3. Durante eodem Judicio. 4. A reo contra actorem instituita. 5. & seq. Illius prima divisio in propriam & impropiam. 7. & seqq. Secunda divisio in Reconventionem in specie & compensationem. 10. & seqq. Reconvenire potest actorum, non vicissim. 13. & seq. Dummodo personam habeat legitimam. 15. De

15. De harris aliquid singulare est. 16. Actor reconvenitur, qualiscunque sit. 17. & seq. An Clericus possit reconveniri in foro Saculari? Duplex sententia. 19. & seqq. Eligitur & probatur negation. 35. & seqq. Argumenta contraria dissipantur. 46. An Studiosus possit reconveniri coram Judice alio, quam Academico? Rursus duplex sententia. 47. & seqq. Defensius & stabilius rursus negatione.

16. An Studiosus possit reconveniri coram Judice alio, quam Academico? Rursus duplex sententia. 47. & seqq. Defensius & stabilius rursus negatione.

§. I.

Quid & quotuplex sit Reconventio?

1 RECONVENTIO, seu, ut sonat rubrica tit. IV. h. l. Mutua petitio, ex recepta jam definitione nihil aliud est, quam secunda conventio, durante eodem Judicio, à reo contra actorem instituta.

2 Dixi I. secunda conventio: quia Reconventio supponit aliam & priorem conventionem, quam actor per oblationem Libelli contrarium intentat.

3 Dixi II. durante eodem Judicio, Nam, ubi Judicium jam jam finem accepit, non tam Reconventio quam nova conventio moveri debet.

4 Dixi III. à reo contra actorem instituta. Per quod distinguitur Reconventio à conventione: hanc siquidem reus; illam actor instituitur tenetur.

5 Reconventio, sic descripta, dividitur I. à D. Gletle 2. part. pand. q. 2. n. 2. in propriam & impropiam. Propria dicitur, quæ statim in exordio litæ motæ, vel statim post litis contestationem, antequam partes ad alios actus judiciales procedant, opponitur. Impro-

pria est, quæ in progressu litis, ac post litem contestatam, quando scilicet partes ad alios actus judiciales jam processerunt, movetur. Quam in rem videri potest Gonzalez ad cap. ex literis 1. de Mutuis petit. n. 7.

II. dividitur à quibusdam Reconventio in 7. Reconventionem in specie & compensationem: fortassis quia in l. neque Scriptura 6. Cod. de Compensat. l. compensat. 1. Cod. Rer. amor. mutua petitio nuncupatur compensatio; ac in l. contrarium 1. §. 4. ff. de Contrariarum. act. asseritur, nostri arbitrii esse, non petere vel compensare velimus. Nec refert, quòd compensatio fiat ipsò Jure l. ult. in pr. Cod. de Compensat. §. in bona 30. Inst. de Action. Reconventio verò debeat à parte in Judicio proponi. Nam, esto compensatio eateus fiat ipsò Jure, quatenus à tempore concurrentis mutui debiti creditum & debitum inter se ipsò Jure extinguitur: attamen quia Judicij consistere non potest, nisi fuerit opposita & exposita: hinc compensatio pariter ac Reconventio debet opponi, suam ut effectum efficaciter consequatur.

§. II.

Quis possit reconvenire?

10 RECONVENIRE potest actorem reus; non item actor denuò reum reconvenire per cap. cum dilectus 2. §. nos autem de Ord. Cognit. si enim hoc liceret, nasceretur lis ex lite, sequeretur Reconventionem Reconventio, fieretque processus in infinitum contra cap. cum in multis 2. cap. dispensia 3. de Rescript. in 6. Certe cum actor potuisset simul & semel plures actiones in eodem Libello proponere, juxta deducta in cap. 1. n. 62. indignus est, ut postea reum reconvenientem novà actione volens pulsare audiat per cit. cap. dispensia. P. König ad tit. de Mutuis petit. n. 5.

Ad hoc tamen, ut reus actorem reconvenire valeat, oportet eum habere legitimam personam standi in Judicio: tam parum enim quis alterum reconvenire permittitur, quam parum convenire valet. Quamobrem recapitulanda sunt dicta in tract. I. cap. 2. sect. 2. ubi à n. 170. in specie de excommunicatis; & in sect. 4. ubi à n. 369. nominatim de procuratoribus est actum, utrum & quando reconvenire possint aut debeat.

11 Excipitur tamen ab eodem Authore, Brunemannano de Processu Civili cap. 10. n. 13. & aliis causa connexa, si videlicet actor reconveniat reum ex eodem, quòd ipsemet reconvenitur, vel connexo Jure; veluti si Titius Sempronium conveniat ex mutuo; Sempronius Titium reconveniat actione pignoratitia directà, & hic illum rursus actione pignoratitia contrarià.

Quamobrem recapitulanda sunt dicta in tract. I. cap. 2. sect. 2. ubi à n. 170. in specie de excommunicatis; & in sect. 4. ubi à n. 369. nominatim de procuratoribus est actum, utrum & quando reconvenire possint aut debeat.

De relegatis seu proscriptis ab inferiore, quodam Principe post P. König cit. l. n. 6. advertit Clariff. P. Schmalzgrueber ad eund. tit. n. 5. quòd quidem in loco, unde proscripti sunt, non possint actorem reconvenire, possint autem in loco quovis alio: Jura siquidem municipalia vel civilia non ubique, sed in proprio solum territorio perdunt arg. l. eum qui 3. ff. de Interdict. & relegatis, ubi simile quid statuitur de relegatis, quibus ejusmodi proscripti homines æquiparantur.

§. III.

Quis possit reconveniri?

16 RECONVENIRI potest quilibet actor, etiam si ceteroquin non sit ejusdem fori, cujus est reus conventus: cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere contra se Judicem non P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

dedignetur, ait Imperator in l. cum Papinianus 14. Cod. de Sentent. & interdict. contententibus. Hinc prægrande, & pro utraque contradictionis parte



parte acerrimè ventilatum dubium est: posse Clericum, si Laicum coram Judice Laico conveniat, coram eodem Judice à reo convento reconveniri? Affirmant intrepidè Oliva Fori Eccles. d. p. 3. q. 32. m. 9. Fagnanus in cap. nullus 2. de Foro Comp. n. 3. P. Engelad tit. de Muris petit. num. 6. P. Wiestner ibid. n. 12. D. Gletle cit. p. 2. pand. q. 2. n. 11. Clarissimus D. Franz in quest. ex univers. Jure q. 4. à n. 7. Pignatellus tom. 3. cons. 27. n. 4.

18 Negant eadem generositate Canonistarum Primas, Abbas Panormitan. in cap. est Clerici 4. de Judic. n. 25. Laymann. ad cap. 1. de Mur. petit. conclus. 4. Ranbeck cit. disp. 2. cap. 4. n. 6. & segg. P. König ad cit. tit. de Muris petit. n. 8. P. Pirhing ibid. n. 9. D. à Someting in semi-cent. controvers. illustr. dec. 1. contr. 6. num. 2. & segg.

19 Posterior sententia, quæ ab Ummio de proc. disp. 10. th. 2. num. 8. & Illustriss. D. Barone Schmid, cum D. de Bassis in semi-cent. 2. Q. J. forens. controu. 12. n. 1. in puncto Juris verior pronuntiatur, probatur I. Reconvencio Clerici coram Judice Sæculari, nec Jure Civili, nec Canonico permilla est. Non Jure Civili: hoc enim aut non voluit, aut non potuit generalitate suorum textuum in d. l. quinquaginta 22. ff. de Judic. l. cum Papinianus 14. & auth. & consequenter Cod. de Sentent. & interlocut. Nov. 96. cap. 1. & 2. Nov. 123. cap. 25. Clericis reis

20 Forum suum privilegium auferre. Nec etiam Jure Canonico: id enim, cum absolute jubet, ut Clerici, tanquam personæ superioris Ordinis, judicentur à Judicibus ejusdem Ordinis, nec inferiorum, seu Laicorum arbitrio submittantur, ut pellucidum est ex cap. cum ad verbum 6. cap. satis 7. & plur. segg. Dist. 96. cap. est Clerici 4. cap. qualiter, & quando 17. de Jud. cap. nullus Judicium 2. cap. si quis 4. cap. si Clericus 5. cap. si diligenti 12. cap. cum contingat 13. de Foro comp. prohibet quoque, ne coram Laico Judice reconveniantur, cum eadem profus ratio conventionem & reconventionem prohibeat, ne videlicet illi, qui alterius & superioris sunt Ordinis, ab iis, qui inferioris sunt Ordinis, judicentur.

21 Unde non puto, argumentum Adversariorum esse validum, quando dicunt: reconventio in utroque Jure recepta est: ergo & Clerici coram Judice Sæculari possunt reconveniri. Potius enim sic argumentari liceret: Clerici Judicio Sæculari nullibi in causa reconventionis subiecti sunt: ergo exempti manent, utpote cum in materia immunitatis tandem standum sit pro Clericorum favore, quamdiu manifesta Jura contrarium non statuunt.

22 Probatur II. Qui non potest Judicis Sæcularis Jurisdictionem in se prorogare, non potest eam Sæculari Judice reconveniri: quod enim reconventio fundetur in tacita prorogatione Jurisdictionis, colligitur ex d. l. cum Papinianus 14. Cod. de Sentent. & interlocut. ubi Imperator rationem introductæ reconventionis redditurus, cujus enim, inquit, in agen-

da observat alior arbitrium, eum & habere contra se Judicem in eodem negotio non dignetur. At qui Clericus Jurisdictionem Judicis Laici in se nequit prorogare, utpote qui & Jurisdictionem alterius Episcopi in se prorogare prohibetur in cap. significasti 18. de Foro Comp. Ergo &c. Et hinc reduct disparitas cur Laici privilegio 23 Fori muniti, non obstante privilegio, possint coram Judice non suo reconveniri; non item Clerici: illi enim suo privilegio renuntiare, & prorogatione alienam Jurisdictionem agnoscere possunt, l. si se 1. l. consensisse 2. in pr. & §. 1. ff. de Judic. l. non quidem 1. Cod. de Jurisdic. illi non possunt d. cap. significasti 18. d. 1.

Neque respondeas: prorogationem alie Jurisdictionis esse tacitam, vel expressam; ac expressam solum Clericis prohiberi in d. cap. non autem tacitam: priorem quippe autoritate privatorum; posteriorem autoritate Juris induci. Contra enim sic urgeo. Si Clericis tacita prorogatio Judicis Sæcularis esset concessa, tunc, si Clericus, de facto citatus ad Judicem Sæcularem, non opposita exceptione fori declinatoria, litem fuisset contestatus, litem coram eo tem Judice prosequi teneretur l. nemo 4. Cod. de Jurisdic. Atqui Clericus, litem coram Judice Sæculari contestandò, eandem prosequi non teneret, imò non potest arg. cap. est Clerici 4. de Judic. ubi deciditur, Clericos, coram Judice Sæculari convictos de crimine, vel confessos, propter hoc à suo Episcopo nullatenus esse condemnandos &c. Ergo nec tacite Jurisdictionem Judicis Laici prorogare potest. Expediè hic legere in Lib. I. tract. de Jurisdic. cap. 6. num. 113. & segg.

26 Probatur III. Quando lis concernit causam Ecclesiasticam, nequit ex receptissima sententia, de qua in sect. seq. reconventio fieri coram Judice Sæculari. Ergo nec fieri potest, quando lis concernit Clericum, & ille reus est: utpote cum causa tunc verè dicatur Ecclesiastica, denominatione à persona, quam tangit, desumpta. Et idè in cap. decernimus 2. de Judic. generaliter decernitur, ut Laici Ecclesiastica tractare negotia non presumant; intelligendò haud dubiè per negotia Ecclesiastica, quæ res & personas Ecclesiasticas concernunt.

Neque reponas cum D. Gletle cit. l. sub n. 27. 12. ex hac probatione sequi, ne quidem illam conventionem coram Judice Laico esse permittam, quæ Clericus est actor, & reus Laicus: cum in causis Ecclesiasticis Judex Ecclesiasticus sit ad eundem, sive Clericus actor, sive reus sit.

Nam contra est: quia, dum Clericus personam actoris sustinet, causa non dicitur Ecclesiastica, eò quòd denominationem suam non à Clerico actore, sed reo Laico nanciscatur: neque enim actio denominationem acquirit à subiecto, cui competit, cum ut sic actiones omnes personales forent; sed ab objecto, ad quod tendit, quod, si immediate res sit, regulariter actio realis; si persona sit, personalis dicitur. Et idè, si Clericus sit reus, & actor

actor agat actione personali, lis circa objectum & causam Ecclesiasticam versatur; sine actione reali agat, objectum & causa immediate quidem non est Ecclesiastica, sed mediate, quatenus res profana à persona Ecclesiastica possidetur.

29 Probatur IV. Quando causa Reconventionis est extra spheram activitatis & Jurisdictionis, quam habet Judex conventionis, non potest ventilari coram ipso: sic enim & ipsi dogmatis adversi assertores concedunt, in causis spiritualibus, uti & in causis Clericorum criminalibus non valere Reconventionem, coram Judice Laico institutam: cum utraque versetur extra spheram & limites Jurisdictionis Laicalis. Sed & causa, in qua Clericus est reus in civilibus, est extra spheram activitatis & Jurisdictionis, quam habet Judex conventionis, in qua Clericus actor Laicum reum instilat, per textus varios, per decursum citatos, præsertim cap. nullus 2. cap. si quis 4. cap. si diligenti 12. cap. significasti 18. de Foro comp. Auth. causa que &c. auth. segg. Cod. de Episcop. & Cleric. Ergo &c.

30 Respondebis: causam criminalem, contra Clericum intentatam, esse intrinsecè, & ex objecto suo spiritualem: cum terminative concernat personam Clerici, tanquam objectum spirituale; quemadmodum, si agatur de Ecclesia, de paramentis, de jure decimandi, causa censetur intrinsecè spiritualis: cum terminative concernat objectum spirituale; causam civilem è diametro temporalem esse: cum terminative concernat fortunas & bona temporalia; sicque Reconventionem in causa criminali illicitam, in civili licitam esse.

31 Contra est I. quia gratis supponitur, causam, in qua agitur de Ecclesia, de paramentis, de jure decimandi &c. intrinsecè spiritualem esse. Nam, ut unò calculò Authores, de materia simoniae scribentes, docent, illa res est intrinsecè spiritualis, quæ vel à causa supernaturali quæ tali immediate producitur, vel ad finem supernaturalem immediate destinatur, quales sunt Sacramenta, Gratia gratuita facientes, & gratis data. Character Sacramentalis, Virtutes Theologicae &c. Illa verò res, quæ ex natura sua est aliquid temporale, & cum spiritualibus per accidens tantum connectitur, vel antecedenter, eò quòd tanquam dispositio prævia ordinatur ad spiritualia, cuius generis sunt Ecclesia, vasa sacra, paramenta &c. vel concomitanter, sicut labor corporalis in Sacro peragendo; vel consequenter, tanquam effectus sui causæ, uti jus decimandi, quod oritur ex ministerio spirituali &c. tantum extrinsecè & per accidens est spiritualis.

32 Contra est II. quia persona Clerici æquè, imò magis est spiritualis, quam Ecclesia, paramenta, vel jus decimandi: nam, si ex principio Philosophico propter unumquodque tale, illud magis tale, magis spiritualis debet esse Clericus, propter quem, Divina ministrantem, & Ecclesiæ conduntur, & paramen-

ta parantur, & jus decimandi conceditur. Et quia hæc spiritualitas manet in Clerico, non tantum in criminali, sed etiam in civili causa, respectu utriusque immunitatem à Jurisdictione Sæculari obtinet.

Contra est III. quia, sicut in causis criminalibus, sic in civilibus Clericus non semper condemnatur ad dandam rem temporalem, uti patet in actione negatoria, in interdico uti possideris, in interdico utrobi &c. in quibus & aliis causis Clericus non ad præstandum, vel faciendum, sed omittendum aliquid aut non-faciendum condemnatur: item & vice versà sicut Clericus in causa civili, sic in criminali non semper punitur in corpore, sed sæpe in rebus & fortunis, multam pecuniarum solvendò. Sicut ergo in criminalibus non potest reconveniri Clericus, sive ad dandum aliquid temporale condemnandus foret, sive non: sic neque in civilibus potest reconveniri.

Argumenta opposita sunt præcipuè tria: 35 Primum est. Si Laicus Clericum conveniat coram Ecclesiastico Judice, coram eodem à Clerico reconveniri potest. Ergo etiam si Clericus Laicum conveniat coram Judice Laico, poterit ibidem reconveniri: cum non deceat, Clericum esse melioris conditionis in Reconventione, quam Laicum. Secundum est. Judex Laicus non est absolute incapax Jurisdictionis in Clericum, cum eidem de facto actor Clericus fuerit subiectus in ordine ad sententiam definitivam, quæ in non subditum pronuntiari non valet. Tertium est. Clericus potest à Judice Laico condemnari in expensis; & hoc idè: quia æquitas naturalis postulat, ne causa principalis separetur à causa accessoria & connexa. Ergo Clericus etiam reconveniri potest: quia æquitas naturalis fuadet, ne causa conventionis, & Reconventionis, ob mutuum connexitatem, dividantur.

Ad hæc argumenta universim responderi potest, ea probare ultra intentum; nempe & causas spirituales & criminales debere admittere Reconventionem: quia non excedit vires S. Pontificis, Laicos ad earum cognitionem habitare; & simul præterita æquitas fuisse causa sufficientes, Laicos ita habitandi.

Sigillatim Resp. ad I. discrimen inter Clericos & Laicos in eo poni, quòd inconveniens planè sit, Superiorem ab inferiori judicari; cum tamen nullatenus dedecet, inferiorem Superioris judicio subferri.

Resp. ad II. Jurisdictionem principaliter & positivè in reum conventum; at in Clericum actorem non aliter exerceri, quam negativè, declarandò scilicet per sententiam, nihil juris adversus reum ipsi competere. Cæterum, si etiam admittamus, positivè Jurisdictionem in ipsum exerceri, eodem modò discurrere oportet, quòd modò de Legibus Civilibus obstringi Clericos, docemus. Vel enim sententia contra Clericum est justa, vel injusta.



injusta. Si prius; stringet Clericum, haud secus, ac Lex Civilis iusta; scilicet indirecè: si posterior; nullò pollebit robore.

- 42 Ad tertium negat ex Adversariis P. Engel h. r. n. 40. antecedens, & defendit cum Marta cit. p. 4. casu 196. n. 10. expensas contra Clericum temerè litigantem in Foro Ecclesiastico petendas esse. Nihilominus, transmissò antecedente,
- 43 misò antecedente, Resp. majorem connexitatem inter expensas & causam principalem intercedere, quam inter causam conventionis & Reconventionis: nam prior connexitas ex natura rei; posterior ex libera dispositione Juris positivi provenit.

Quin et si hoc non esset, dispar tamen ratio posset assignari: cum condemnatio in expensas fieri possit citra usurpationem Jurisdictionis in Clericum, modò jam explicatò; secus ac Reconventio, in qua Clericus ad causam citari, & si contumacem se ostenderit, processus in contumaciam formari deberet.

De reliquo naturalis æquitas urgentius postulat, ut Clericus, qui in Judicem non suum consentire nequit, in Reconventionem ad proprium Judicem, hoc est, Ecclesiasticum remittatur.

- 46 Precedenti dubio connexum est aliud: possitne studiosus, si coram alio quam Academico Judice quempiam conveniat, ibidem reconveniri?

P. König ad tit. de Mutuis petit. n. 12. dubium hoc competenti Judici decidendum relinquit. Mindanus apud Ummium de Processu disput. 10. Fleck in Biblioth. Jur. lib. 5. tit. 13. n. 5. & ni fallor, omnes, quotquot Reconventionem Clerici coram Judice Laico

admittunt, affirmant. Bechman in tract. de Privileg. studiosor. cap. 10. num. 19. Richter ad Auth. habita Cod. Ne filius pro patre disp. 6. Miller ad Struv. exercit. 9. th. 59. pag. m. 579. col. 2. negant, itaque consuetudine hodiernâ servari testantur.

In negativam & ego transeo: partim quia, 47 si quis actor studiosum ad alium Judicem, quam Academicum, ausit trahere, cadit actione suâ per textum in cit. Authent. ad eoque cum reus in Reconventionem fiat actor, citra periculum actionis amittendâ non poterit studiosum ad forum non proprium trahere: partim quia Reconventio juxta n. 22. fundatur in tacita prorogatione Jurisdictionis alienæ, quam, licet studiose concessam esse, sustineat cum aliis Haunold de F. & F. tom. 5. tract. 1. n. 75. & P. Friderich de Foro compet. p. 4. n. 392. rectius tamen prohibitam esse, cum aliis defendit P. König ad tit. de Foro compet. n. 71. cum magis in favorem totius Corporis Literarii seu Universitatis, quam studiosorum in particulari privilegium Academici fori concessum fuerit, ut indicat Imperator in cit. Auth. in verb. quibus hanc Jurisdictionem dedimus &c. & praxis moderna, testantibus quoque contrariis Authoribus, declarat, dum Magistratus Academicus ejusmodi prorogationem nullatenus admittit.

Hinc paritas objici nequit inter actores studiosos, & alios, forum privilegiatum habentes: hi namque, si privilegium sit proprium & speciale, foro renuntiare, & alienæ Jurisdictioni cum effectu se possunt subjicere; illi non possunt.

## SECTIO II.

### De Judice, Objecto, & Effectu Reconventionis.

#### SUMMARI A.

51. Assignatur Judex Reconventionis. 52. & seq. An coram Judice Delegato fieri possit? Dubitandi rationes. 54. & seq. Concluditur & defenditur affirmativa. 57. & seq. Rationes dubitandi resolvuntur. 59. Limitatio ponitur. 60. An coram arbitro fieri possit? remissio. 61. Offenditur objectum seu causa Reconventionis.

51. 62. & seq. Agitur de causa spirituali. 64. De causa depositi. 65. & seq. De causa spoliati. 67. De causa executiva. 68. De causa appellationis. 69. De causa summaria. 70. & seq. Enumerantur effectus Reconventionis propria. 74. Declaratur effectus Reconventionis impropria.

#### §. I.

##### De Judice Reconventionis.

- 51 Judex Reconventionis est is ipse, qui Judex conventionis, dummodò respectu causæ, in conventionem & Reconventionem propositæ, Jurisdictionem fundatam habeat per textum in l. qui non 22. ff. de Judic. Licet Papinianus 14. Cod. de Sent. & interlocut.

52 An coram Judice Delegato possit institui Reconventio? Dubitare licet I. quia Judex Delegatus accipit suam potestatem ex rescripto justitiæ, quod, cum strictæ interpretationis esse noscatur, non dat Judici facultatem de causis aliis, quam expressis judicandi, ve-

lutè dictum erat in Lib. I. tract. 1. cap. 8. n. 128. II. quia in cap. dispensatio 3. §. reus de Rescript. 53 in 6. videtur insinuari, quòd Judex Delegatus tum demum Reconventionis causam tractare valeat, quando specialis desuper literas impetravit. Verùm

Indubitatè concludendum est pro affirmativa. Barbosa in cap. ex literis I. de Mutuis petit. n. 5. Gonzalez ibid. n. 4. Pirhing ad eund. tit. n. 3. König ibid. num. 22. Westner ibid. num. 3. Textus notabilis in cit. cap. ex literis 1. Ratio est: tum quia Judex Delegatus in causa si sibi

si sibi commissa habet eandem potestatem, quam Judex Delegans, cujus Jurisdictionem utitur; hic autem dubiò procul habet potestatem cognoscendi de Reconventionem; ergo 56 & ille: tum quia Judicis Delegati Jurisdictione potest in meis principiis, in cit. Lib. I. tract. 5. cap. 7. n. 135. traditis, expressè prorogari de causa ad causam: cur ergo non posset tacitè prorogari, instituta Reconventionem?

57 Ad I. dubitandi motivum Resp. potestatem Judicis Delegati strictam esse quoad ea, quæ præcisè veniunt ex mandato seu rescripto Delegantis; secus quoad alia, quæ veniunt ex dispositione Legis, ratione cujus, sicuti Judex Delegatus cognoscere potest de exceptionibus, cum causâ connexis, etiam si non fuerit expressè cap. ex parte 13. cap. prudentiam 21. §. sexta de Offic. & pot. Jud. Deleg.

#### §. II.

##### De Objecto Reconventionis.

58 Objectum Reconventionis sunt causæ; ubi statuenda hæc regula. De quibus causis potest cognoscere Judex conventionis in prima conventionem, potest etiam cognoscere in Reconventionem; & vicissim, de quibus causis non potest Judex cognoscere in conventionem, nequiteriam cognoscere in recon-

59 ventionem. Hinc Judex Sæcularis nequit de jure decimandi, eligendi, matrimoniali &c. cognoscere, quando à reo per modum Reconventionis coram ipso proponitur; sicut nec Judex, qui merum imperium non habet, non potest admittere reconventionem in causâ criminali. Ummius de Proc. disput. 10. th. 3.

63 num. 12. Neque enim Jurisdictionem tribuere potest Judici reus quoad Reconventionem, quam ille non habet in conventionem arg. cap. tuam 7. de Ord. cognit. & cap. causam 7. Qui sibi sint, legit. ut nec Jurisdictio privatorum autoritate prorogari potest de causa ad causam, quando extra sphearam & orbitam Judicis versatur, ut habetur in Lib. I. tract. de Jurisdict. cap. 7. n. 145.

64 Porro quædam causæ sunt, quarum discussionem in conventionem suscipere potest Judex, non etiam in Reconventionem. Talis est I. causa depositi, quæ, cum propter exuberantiam bonæ fidei tam privilegiata sit, ut nullam prorsus exceptionem, deductionem, retentionem vel compensationem admittat cap. bona fides 2. de Deposito l. penult. in pr. Cod. eod. l. ult. §. 1. in fin. Cod. de Compensat. §. in bona 30. Inst. de Act. omnem quoque Reconventionem respuit. P. König ad tit. de Mut. petit. n. 14. P. Westner ibid. n. 25.

65 Talis est II. causa spoliati, remediò redintegrandæ, seu recuperandæ possessionis intentata, cap. ult. de Ord. cognit. in qua spoliatus ante omnia restituendus, nec ante restitutionem spoliati respondere obligatus est cap. frequens 1. de Restitut. spoliati. in 6.

66 Sed hoc ita, si causa spoliati a solo actore in-

sic quoque cognoscere potest de Reconventionem, cum conventionem ex Juris dispositione connexâ. Ad II. Resp. textum aquè de Ordinario quàm Delegato Judice conceptum esse, nec aliud innuere, nisi quòd Reconventio possit institui vel statim, vel ubi reus pro suo beneplacito maluerit novum rescriptum impetrare.

Limitat tamen hæc sententiam Gonzalez 59 ubi supra in n. 10. in Judice Delegato, qui motu proprio constituitur à Delegante: tunc enim, cum dici non possit, eum ab actore fuisse electum pro se; dici quoque non poterit, quòd ejusdem Jurisdictionem in se tacitè prorogaverit.

An coram arbitro possit institui Reconventio? Discussum est in tract. I. cap. ult. à num. 93.

67 tentetur: si enim & reus contra actorem remedium quoddam spoliatorum ex alio capite moveat, locum invenit regula, quòd paria privilegia mutuo concursu permittantur cap. cum dilectus 2. §. nos autem de Ord. cognit. Gonzalez ibid. n. 19. & seqq. Gletle 2. p. paraded. q. 2. n. 15.

Talis est III. causa executiva, quæ scilicet paratam habet executionem, ut si actor instrumentum, à reo, debitum consistente, subscriptum producat: tunc enim, ut compensatio non potest opponi, ita nec Reconventio: cum liquidum ad illiquidum nulla sit proportio, nullaque contributio §. in bona 30. Inst. de Act. l. ult. §. 1. Cod. de Compensat. & bonum argumentum ducatur à compensationem ad Reconventionem ex dictis in num. 7. Ummius de Proc. disp. 10. th. 1. n. 4. Nisi forsitan & ipsa Reconventionis causa executiva foret. Gletle d. l. n. 17.

Talis est IV. causa, ad instantiam appellationis deducta: si enim Reconventio non fuerit in prima instantia opposita, nequit amplius opponi in secunda, utpote quæ solum ed tendit, ut acta prioris instantiæ denuò sub examen ac judicalem discussionem vocentur Clem. appellari 5. de Appellat. P. König cit. l. num. 17. Gletle cit. l. n. 14.

Talis est V. secundum aliquorum (inter hos invenitur Schwannman in proc. cam. l. 1. cap. 67. num. 1.) opinionem causa summaria. Sed invitò Jure. Vel enim utraque causa, conventionis & Reconventionis, est summariter tractanda, vel alterutra? Si utraque; neutra præ altera magis est favorabilis, sed mutuum cognitionem & simultaneum processum desiderat clem. sape 2. §. verum de U. S. Si alterutra tantum; utraque nihilominus summaria cognitione diceptari debeat: quia una alterius privilegia participat cap. prudentiam 2. de Mut. petit. P. König cit. ult. num. 20. Gletle cit. q. n. 20. P. Westner cit. ult. n. 26.